Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. VIII. An Episcopus possit compellere Confraternitates Laicorum, vt ad processiones accedant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

bus, & alijs locis pijs pauperibus *Feder. conſ.* 105. *quem refert, & ſequitur Syluest. in ver. Hoſpitale num.* 16. *Piaſec. vbi ſupra.* contrariũ tamen videtur colligi ex tex. in cap. procurationes *de cenſibus*, vbi dicitur, quod quando Eccleſię viſitatæ ſunt pauperes, coniũgi debent cum alijs, quæ vnam procurationem componant ità vt ſingulæ illam non ſoluant, ſed coniunctim, vnde hanc ſententiam tenet Ricc. *in Prax. par.* 4. *reſ.* 153.

26 Limita 3. quando Epiſcopus per Diœceſim diſcurrit, vt Sacramentum Confirmationis tantum conferat, ità *declarauit Sacr. Cong. teſte Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. p.* 3. *all.* 73. *num.* 51. *& ſeq. Ricc. in Prax. vt ſupra par.* 4. *reſ.* 156.

27 Obſerua tamen, quod Confraternitates, oratoria, & aliæ Eccleſiæ viſitatę equorum vecturas aut ferraturas prẹſtare non tenẽtur *Clem.* 2. *de Cenſib.* niſi Viſitator ſit Prælatus à Papa delegatus, tũc enim ei debẽtur mercedes equorum, & viaticum, vt de loco ad locum commodè tranſire poſſit, *vt dicunt DD. quos refert & ſequitur Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par.* 3. *d. all.* 73. *num* 57.

§. VIII.

An Epiſcopus poſſit compellere Confraternitates Laicorum, vt ad proceſsiones accedant.

28 Reſp. quod non poteſt eas cõpellere, ſed tantum inuitare, vt cenſuit *Sacr. Cong. Concil. prout refert Vulp. in Prax. Iudic. cap.* 10. *nu.* 9. *Ricc. in Prax. par.* 3. *reſ.* 146.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum Eccleſiæ vtroque iure prohibetur.*

2 *Referuntur pœnæ contra Alienantes.*

3 *Quid veniat nomine pretioſorum mobilium.*

4 *An pretioſa mobilia poſsint abſq. aſſenſu apoſtolico conuerti in fabricam Eccleſię.*

5 *An extrau. Ambitioſæ procedat in rebus donatis cum ea conditione, vt Eccleſia poſſit illas alienare.*

6 *Fratres S. Franciſci de obſeruantia poſſunt bona ſibi relicta alienare ſine ſolemnitate.*

7 *An extrau. Ambitioſæ procedat in alienatione patrimonij, ad cuius titulum quis fuit ordinatus.*

8 *An Clericus ſine licentia Ordinarij poſsit patrimonium huiuſmodi alienare, ſi tempore alienationis habeat congruam ſubſtentationem.*

9 *Particula, donec, eſt reſtrictiua temporis, & ſuſpendit facultatem ad tempus.*

10 *Si fiat inſtrumentum alienationis bonorum Eccleſiæ cum clauſula conſtituti, incurruntur pœnę d. extrau.*

11 *Limitatur, ſi pretium non fuit ſolutum, neque fuit de eo habita fides.*

12 *Extrau. Ambitioſę locum habet in bonis locorum piorum.*

13 *Quæ dicantur loca pia, & nu.* 14.

15 *An officiales, ſeu Adminiſtratores*

locorum